

402

Lib. III. Cap. IV.

tanquam finem, propositam habuit, ut patet ex lib. I. pr. c. I. Deinde etiam syllogismi ex singularibus constantes referri possunt ad modos supra adductos, e. g. hic syllogismus; *Socrates est homo, Sophronisci filius est Socrates, Ergo Sophronisci filius est homo*, referri potest ad Barbara, cum utriusque praemissarum signum universale mediate praeponi possit; referri etiam potest ad Darii, cum utraque praemissarum particulare signum mediate admittat:

16. Quod ad alios attinet modos, in quibus ex puris negantibus, aut puris particularibus concluditur, vel etiam ex altera particulari conclusio universalis infertur &c. hi profus sunt inutiles, neque formaliter in illis aliquid sequitur, unde merito rejiciuntur. Vid. *Arnis. innot. ad Crell. lib. 3. c. 3. lit. B.*

CAP. IV.

De

## REGULIS SYLLOGISMORUM GENERALIBUS ET SPECIALIBUS.

I.

UT facilius possit cognosci, an syllogismus aliquis concludat legitime, aut